Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

Notae asceticae et theologicae

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Augustinus dicit

Si scirem patrem meum esse in inferno non plus
orarem pro eo quam pro dyabolo. Si etiam pro aliquibus
dampnatis de quorum dampnatione dubitatur aliqua suf-
fragia fierent nichil ratione prodessent nec quantum ad libera-
tionem ut scilicet pena in eis mitigetur nec quantum ad suspensionem
ut scilicet ad tempus vel ad horam eorum dampnatio suspendatur
nec quantum ad fortificationem ut scilicet ad tollendum levius ro-
borentur quia ut dicitur ad aliquid horum in inferno nulla est re-
demptio. Mediocriter autem boni dicuntur qui terminalia
aliqua scilicet lignum fenum stipulam secum ferunt vel qui penitentiam
iniunctam et sufficientem morte preoccupati complere non
possunt qui nec adeo boni sunt ut suffragiis egeant
nec adeo mali quin eis prodesse valerent suffragia igi-
tur tales sunt eorum expiationes. Unde isti sunt illi
quibus ipsa suffragia solum prodesse possunt. In huius-
modi suffragiis faciendis ecclesia consuevit triplicem numerum
dierum maxime observare scilicet septenarium tricenarium et
anniversarium. Et ratio horum assignatur in libro Mitrali de
officiis. Observatur septenarius ut anime ad requiem
sabbati perveniant vel quia eis omnia peccata remittuntur que
gesserunt cum corpore quod consistit ex quatuor humoribus
et cum anima in qua sunt tres vires. Observatur trice-
narius qui constat ex tribus decadibus ut purgentur in eis
quicquid in fide trinitatis et transgressione decalogi
deliquerunt. Observatur anniversarium sicut anniversarium sanctorum cele-
bramus ad ipsorum honorem et nostram utilitatem sic et a-
niversarium defunctorum ad ipsorum utilitatem et nostram
devotionem. De secundo quare scilicet debent eis suffra-
gia prodesse. Sciendum quod triplici ratione debent eis pro-
desse. Primo ratione unitatis quia sunt unum corpus cum illis
de ecclesia militanti et ideo bona sua debent esse
communia. 2° ratione dignitatis quia dum adhuc viverent
meruerunt ut hec sibi prodessent et iterum dignum
est ut qui aliquos iuvent et ipsi ab aliis adiuventur.
3° ratione necessitatis quia scilicet sunt in statu in quo se iuvare
non possunt. De tertio quae scilicet sint illa quibus prosunt.
Sciendum quod si ipsa suffragia specialia fiunt magis
prosunt illis pro quibus fiunt quam aliis. Si autem communia
fiunt magis prosunt eis qui plus meruerunt

in hac vita ut sibi prodessent. si in equali vel in maiori
natura existunt ¶ De iiii° scilicet qualiter suffragia que eis fi- Aug9
unt scire possunt Dicitur quod possunt tribus modis
Primo per divinam revelationem cum scilicet deus eis
revelat | 2° per relationem angelorum manifestatorum Angeli enim
qui hic nobiscum presentes sunt et omnes actus nostros considerant
in instanti quasi ad eos possunt descendere ut eis continue
nunciare | 3° per animarum hinc exeuntium intimationem
Anime enim que de hoc mundo transeunt hec et alia nunciare
eis possunt | Et nichilominus per experientiam et reve-
lationem tamen cum apertius se revelari sentiunt
suffragia pro se fieri cognoscunt etc.
Quinque audientur voces in die iudicii Vox
angelorum excitantium ad iudicium Vox peccatorum ulu-
lantium et clamantium Vox bonorum gaudentium et
letantium Vox creaturarum omnium clamantium super pec-
catores Vox creatoris condempnantes ipsos pec-
catores Unde in die iudicii clamabunt omnia et tace-
bunt orta Unde versus Vox ad iudicium veniens hec
dicet in rea Esuriens sitiens in carcere nudus
et hospes Infirmus quod sui solacia nulla recepi etc.
Doleamus et lugeamus ne contingat nos flere
et lugere ubi lacrime cruciant animas peccatorum Fle-
amus propter iiii°r Primo propter difficilem statum huius
mundi que possidemus Unde Iohannes Ve quia mundus
totus in maligno positus est In maligno scilicet igne Quia
sicut ignis comburit ligna et alia que comburere si-
cut totus mundus consumit se in se | Fleamus
2° propter preteritum tempus quod omne quod neglexerimus Unde Augustinus
Cum in presenti vita tempus neglexerit penitentie
frustra ante ianuam regni celestis pulsando
cum fatuis virginibus venit | Fleamus iii° propter miserabilem exitum
anime nostre a corpore separationem Unde Bernardus O misera
anima quis erit ille pavor cum dimissis omnibus que
tam familiari cohabitatione possidebas sola
et nuda de corpore egredieris et ad regionem tibi
penitus ignotam properabis et de formidinia monstra
demonibus occurrentia videbis Unde Bernardus dicit ¶ No
Quia anima clamat tribus vicibus ¶ Ve primo quia hodie

&

separabor a rebus meis et terra laboribus maximis con-
quisitis et dubito si mei successores unquam servien-
ant in ipsa eterna ¶ 2° Ve quia hodie separabor ab amicis
meis dilectissimis quos relinquo in mundo et dubito
si unquam subveniant mihi in ipsa vita ¶ 3° Ve quia hodie
separabor a proprio et tecto hospitio et dubito quod hospitium
sine noctis sive in inferno sive in purgatorio ¶
Clamans in ... aspectu terribili iudicis quia sepissime
peccatis meis tenuissimum Unde peccatrix anima cla-
mat in die iudicii Ve quia hodie reversa sum ad
illud miserum corpus quod me in hanc coniecit miseriam
Ve quia hodie separabor a iocunda facie creatoris mei
qui me ad ymaginem suam creavit Ve quia de certo
non habeo aliquam spem ad deum creatorem meum Ve
quia hodie auditura sum illam terribilem sententiam
Ite maledicti in ignem eternum etc.

Quinque modis impeditur confessio peccatoris scilicet
pudore timore falsa spe obstinatione desperatione
Primo pudore cum pudet confiteri Timore cum
timet ut graviter puniatur falsa spe cum timet
ut redeat ad repetitionem peccati Obstinatione quia
sic delectabatur in peccato quod non vult penitere De-
speratione qua desperat de dei misericordia

Certe multi dicunt stulti Si dyabolus non esset Nos
dampnaret Respondet Aug. Si dyabolus non
esset qui nos temptaret non esset qui temptaretur
non esset qui pugnaret Si non esset qui pugnaret
non esset qui vinceret. non esset coronatus dicit per
ergo apostolus et sic dyabolus bonis est ad meritum malis
vero ad supplicium etc.

Corpora iustorum in die iudicii ad tria resurgunt
Ad immortalitatem ut ultra non moriantur Ad inco-
rruptionem ut de certo nullo careant defectu Ad corporis
Christi configurationem ut honoris plenitudine pertic-
ipiant Si vis regnum dei possidere Primum per-
pende et attende varias passiones Ihesu Christi pen-
dentis in cruce vide caput eius inclinatum te ad
osculandum. brachia extenta te ad amplexandum
manus aperta tibi ... ad largiendum. latus apertum
te ad diligendum. totius corporis extensionem se tibi

ad impendendum. Prov. Qui clauserit aurem suam ad cla-
morem pauperis ipse clamabit et non exaudietur etc.
Dicitur enim quod milvus primo anno est multum ma-
gnanimus et magnas capit aves. In secundo anno efficitur
pusillanimis et ad capiendos pullos et passeres se con-
vertit. In tertio timidior efficitur ita quod muscas et
vermes sibi querit. In quarto fit tam timidus quod nichil
vivum audet invadere sed ad cadavera bestiarum se convertit.
In quinto fit sic miser quod nichil tangere audet et sic
fame moritur. Sic et sunt multi qui primo anno con-
versationis opera fortia faciunt. In secundo efficiuntur te-
pidi ita quod vix que facere valent. In tertio cogitationes
volatiles et immundas recipiunt. In quarto tantummodo
fame se inveniunt et inde tali fame misera mori-
untur etc.
Nota cor irati et iracundi est olla bulliens que
per quatuor mala facit. Primum quia aquam ferventem
extra proicit et circumstantes adurit. Secundum quia ig-
nem extinguit. Tertium quia pinguedinem extra diminuit.
Quartum quia olla illa sepe verba ignita et contumeliosa pro-
icit ex quibus alios inflammat id est scandalum pro-
vocat et ignem etiam celi qui erat in illis qui eum
ex caritate arguebant extinguit. nullus enim
audet eum reprehendere propter quod ipse sit uber ad
contumelias paratum esse. Sic ipse olla habebant ali-
quam pinguedinem devotionis ut tota effunditur
per talem furorem nec eius cor sic frangitur ut vix
ad tranquillitatem reintegretur. Contra istam
ollam sic bullientem tria sunt remedia. Primum
est ut illam ab igne moveamus id est occasionem presentia
nos subtrahamus. Prov. x. Honor est homini qui se
separat se a contentionibus. Omnes autem stulti mis-
centur contumeliis. Secundum est ut ligna auferamus
id est verba incentiva subtrahamus. Prov. xxvi. Cum
defecerint ligna extinguetur ignis et susurrone
subtracto iurgia conquiescunt. Tertium est ut aquam fri-
gidam apponamus id est verba refrigerativa respon-
deamus. Prov. xv. Responsio mollis frangit iram
Sermo durus suscitat furorem. Dicit enim ab de

dus precedunt | quod vind igne veatundie attendit
sz verba dura ad extinguit sz verso blanda Ecc.
xxviij Si sufflaueris quasi ignis
Sex sunt cause quare dyabolus laborat ne audia(tur)
verbu dei et diuini officium | Prima causa e quia
demon est fetidus et turpis et ideo nollet ut eius
eius illuminaretur i. corpus peccatoris puerbiu predicatoris
sicut domus plutternam et pcandelam | Secunda causa
e quia demo est zelopitus et inuidiosus et ideo nollet
ut ad cantilenam xpi quis veniret ne eo derelicto
cu xpo gratularet | Tercia ca quia sicut lupus quoque
canis uel pastoris ouem dimittit ita dyabolus
dimittat aiam quoque sermocinantis Quarta ca
e quia sic famulus asinu pellit et currere facit sic
predicatio dyaboli Quinta ca ut hereditate qua
hereditate demon depdatus e ubo predicatoris non
audito detineat Sexta psua exhortatione et
Tria sunt gna hoium que fecit deus Clericos
milites laborantes quartum fecit dyabolus sz burgenses
usurarios qui no sunt aliqui istorum Sunt enim
burgenses int hoies qui bucones int apes | Bur
dones sunt apes que nec mellificant nec fructi
ficant sz apibus vivent Sic burgenses milites
exhereditant laborantes deuorant tamen ipsi sunt
ociosi Vn tamen de nullo sunt ordine ibunt ubi
nullus est ordo sed sempiternus horror inhabitat et
Si rex induceret vestes alicuius pauperis et daret
sibi suas magnum esset signum amoris et pietatis
et humilitatis Ita fecit xpc Vn O admirabile commercium et
Si quis scienter esset inter inimicos et dormiret
ianuis apertis mirum esset Sic homo mortali
quomodo audet dormire nisi confessus i. d no apet bn
lite ul ymagines nisi fortiter cu malleis percuti
atur Sic in hoie non apet bene vestigia sal
uatoris nisi malleo tribulationis fortiter percu
Queritur cur deus hoiem verbo no redemit
que solo verbo creauit | Cur pcióe tot supplicia
et obprobria sustinuit quem solo imperio liberare
potuit Sz exclamare possumus cu apostolo O altitudo

sapientie & sciencie dei etc. Disposuit enim divini consilii altitu-
dine per mortem suam redimere hominem quatenus
avaros & frigidos ad caritatem accenderet superbos
ad humilitatem reduceret & luxuriosos suo exemplo
ad castitatem doceret quod enim nos magis ad caritatem
dei accendit quam quod deus proprio suo filio non pepercit sed pro
nobis illum maiore caritate tradidit Secundo enim
magis nos ad humilitatem invitat quam humilitas filii dei
per quam nos deo patri reconciliavit Tertio enim su-
perbia per humilitatem debuit expiari quia contraria contra-
riis curantur ut cum tanta fuit superbia in homine superbie
tanta fieret humilitas in creatore Tanta autem fuit
in homine quod vellet esse sicut deus iuxta persuasionem
serpentis eritis sicut dii ergo tanta debuit esse
humilitas in deo ut deus fieret homo qui exinanivit
se formam servi accipiens etc. Similitudinem hominis pro
superbia. Peccavit enim angelus peccavit in adam in paradyso
sed tum exterius peccavit Cum porro hominem quem
dyabolus redemit. Adhuc est duplex solucio prima quia hoc
esse sed non per instinctum dyaboli peccavit in patrem
eius in filium quod remissibile sed lucifer in spiritum sanctum
quod non remittitur nec hic nec in futuro
Quadruplex est tristitia peccatoris prima quia clau-
sit sibi regnum celorum Secunda quia aperuit sibi infer-
num 3a quia privabit christum sua hereditate 4a quia
in possessione sociorum angelorum & bonorum sociorum Unde est via
spinosa via lubrica via tenebrosa etc. Via spinosa
peccatoris quia curis sollicitudinibus huius seculi cru-
ciatur Unde salomon via impiorum est tamquam sepis spinarum
Via lubrica quando quis labitur per luxuriam vel
ventris in gula Via tenebrosa sed quis peccat
in cecitate mentis unde ferisse contritos quia contri-
tibus miserebitur dominus Unde veritas domini iuda in
sacrabit Richardus homo qui diu est in peccato dyaboli
consuetam computat & quamque tempora consumit in peccato tot
satis dietas ad infernum Item homo qui diu est in pec-
cato solvit tributum dyabolo Unde festines ad me-
dium salutis ne per observacionem vetustatis veniat
desperatio sanitatis Unde non expectes extremam
egritudinem etc.

Pellicanus nimis amat filios suos qui cum creverint
rostro percuciunt patrem suum in faciem Ille autem
repercutiendo occidit eos Deinde rostro proprio aperit
latus suum et fundit sanguinem suum super corpora ipsorum
Quos tercio die resuscitat Sic dominus nos quos
condidit dilexit Ipsi autem percusserunt eum quando doctrinam
ipsius filii recipere noluerunt quare in ira contra se erant
Sed deus pro hoc misertus filium suum ihesum christum misit
crucifigi apertoque latere eius exivit sanguis et aqua
in redempcionem nostram Qui die tercia resurrexit
Sic cum ipso a morte anime resurgamus etc.
Formica est creatura nature prima est quod semper iusto 1
modo incedit et non currit Secunda est quia primus in 2m
estate operatur ut in hieme fiat servata cibo corporis
Unde Salomon Vsque quo piger dormies surge a sompno
et vade disce sapientiam a formica que nullo duce
cogente non cessat in estate laborare Ita tu
homo quamdiu vivis in terra non cesses bene facere et
si non vis in estate laborare in terra quando sanus
es tunc veniet tibi hiemps idest mors quando
nemo potest operari et quid tunc comedis in hieme
quoniam in estate piger fuisti certe inde non ditabis
et nichil dabitur tibi Sicut quidam virgines fatue men-
dicaverunt a sponso apercionem ianue et non obti-
nuerunt et dives guttam aque lazaro et non ob-
tinuit eam Unde Salomon Qui non serit in estate idest
in hac vita mendicabit in hieme idest in novissimo
die et nichil dabitur ei Tercia natura est quod granum 3
quod colligit in foramen dividit ea in duas partes ne
forte in hieme pluvia superveniente perfundetur
et putrescat et ipsa fame pereat Ita homo debet gra-
na dividere idest sacram scripturam in duas partes idest
sacram scripturam intellectu spiritualem et temporalem
ut possit scire quid est huius mundi gloria celestis
et apprehendat celeste et non mundana Quarta natura est 4
eius quod cum vadit ad messem sentit odorem ordei
ordearia dimittit eam et accipiens granum curr-
it ad cameram suam et statim a palea recedat Sic
tu homo debes fugere ordeum idest omnia mala ubi
facta et triticum colligere idest bona divina et
facta que ad te pertinent Sicut ubi seratur corda

fidelium Ita gerarum in terra servatur et merito p-
grana intelligitur sacra scriptura per racenna in-
tellige memoriam fieri mente hominis que gerium
observat per pluviam intellige vitam caritatem ho-
minis que non est puro cordis etc.
Quatuor sunt raciones scripture vel quomodo modis
exponitur scilicet hystoria que res gestas loquitur prout
sunt geste allegoria in qua aliud ex alio intelligitur
Tropologia id est moralis locutio in qua de moribus or-
dinandis tractatur Anagogia id est spiritualis vita intel-
ligitur per quam per inferiora ad superna ducimur et
hiis quatuor modis quasi in quibusdam rotis tota divina
pagina volvitur verbi gratia Iherusalem secundum hysto-
riam est civitas allegorice ecclesiam signat Secundum tro-
pologiam signat animam cuiuslibet fidelis ex parte ethi-
cam anhelat Secundum vero anagogiam signat celestem
vitam Unde versus Gesta dat hystoria quid credas
allegoria Moralis quid agas quo spes anagogia
Crux Christi construebatur ex quatuor lignis unde versus
Crux Christi palma cedri cypressus oliva Cedrus
crucis per altitudinem cypressus longitudo palma lati-
tudo oliva corpus crucium in qua scribitur Ihesus naza-
renus rex iudeorum Cedrus est arbor alta et natura
eius est quod non putrescit in terra nec in aqua et ideo
fecerunt pede crucis ex cedro estimantes eum num-
quam deponendum sed semper affixum Cypressus est odorifera
calidam habet naturam colore habet rubeum et quasi odori-
fera est ideo fecerunt longam crucem ex cypresso quod non
sentirent putredinem crucifixi transeuntes Palma
est signum victorie sicut legitur in veteri testamento
quod si quis cepit victoriam de hostibus laureari debe-
bat cum palma Sed ipsi putabant Christum regem superasse ideo
ponebant palmam super crucem plantitudine Oliva est signum
pacis Genesis et columba retulerat in archa Cum
credebant quod pax esset inter deum et homines Ita puta-
bant quod pax esset firmata in terra quando ipsi cru-
cifixerunt Christum Et ideo fecerunt corpus crucium ex oliva
ad signum pacis Unde versus Pes crucis est cedrus stipes
est cypressus oliva fuit tytuli tabula brachia pal-
ma dedit etc.
Dominus misit Gabrielem prophetam ad David ut tres suppliciis

tradicioes

conditiones accipe aut vii annis veniat tibi fa-
mis in regno tuo aut tribus mensibus fuges ad-
versarios tuos aut tribus diebus fiet pestilentia in
populo Et ait si famem eligo pauperum erit supplicium
Si victoriam hostium supplicium erit exercitus et
cum melius est eligam ergo plagam communem Moles
eum in tade et Misit dominus pestilentiam de mane
usque ad horam prandii et mortui sunt de populo
exercitus lxx milia virorum etc etc
Nota quod sanguis christi est peccatoribus in remedium pe-
nitentibus in refugium pugnantibus in presidium labo-
rantibus in auxilium Quantum primo enim sanguis christi est pecca-
toribus in remedium Inducit enim peccatores ad dolorem
contricionis ad ruborem confessionis et ad laborem
satisfactionis Et ad dolorem contricionis primo
inducit Unde canit ecclesia Emendemus in melius etc
Et Johannes baptista penitentiam agite a peccatis vestris appro-
pinquabit enim regnum celorum Secundo reducit nos
ad ruborem confessionis Unde Job Terra idest
peccator ne operias sanguinem operum tuum pro quo sang-
uis meus effusus est Vere si peccator operiat peccatum suum
sanguis christi revelabit illud scilicet in iudicio Tercio
amonet nos ad laborem satisfactionis Quis enim
videns filium dei peccatis suis mori et flagellari
renuat pro peccatis propriis affligi in labore penitencie Ter-
cio est sanguis christi penitentibus in refugium ne
scilicet labantur in desolacione idest in desperacionem
Tercio est in pugnantibus in presidium et hoc propter tria
animat enim ad egrediendum confortat ad sustinendum
et roborat ad triumphandum Primo dico animat ad egrediendum Petrus christo in carne passo
et vos eadem cogitacione armamini Est enim
naturale in homine ut aspectu sanguinis det audaciam
pugnandi Secundo confortat ad sustinendum hebr.
Recogitate eum qui talem idest tam vilem et tam
crudelem adversus semetipsum non adversus famulum
suum a peccatoribus sustinuit etc Narratur in de morte eterna
Erat quedam mulier que sepe confitebatur sed non plene

De sanguine christi

De illusione dyaboli